



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hermannii Conringii De Pace Civili Inter Imperii Ordines  
Religione Dissidentes Perpetuo Conservanda Libri Duo**

**Conring, Hermann**

**Francofurti ; Lipsiae ; Wittebergae, 1680**

II. Permissio quae licita vel illicita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9585**

impedientes coercet, verum etiam promovet, auget, defendit, vel est pars actionis criminosa sive peccati. Sic Pilatus permisit quidem, non praecepit Christum crucifigi, *cum tradidit eum voluntati Iudaorum*. *Luc. 23 v. 25*, sed cooperatus est tanto sceleri praestando Judicis autoritatem, & satellites aliaque executionis adminicula suppeditando.

## II.

*Permissio qua licita vel illicita.*

Permittere malum primo & secundo modo, ut majus bonum obtineatur, vel majus malum inpediatur, licitum est. Ut triusque permissionis exemplum praebet divinum regimen. Prioris, cum benignitas Dei peccatum dissimulando peccatores adducit ad penitentiam. *Rom. 2 v. 4*. Posterioris, *sinendo Zizania crescere in que ad messem, nobisque prohibendo, ne cum periculo tritici ea eradicemus*. *Matth. 13*. Extra has duas causas peccant Principes & Magistratus, si scelera manifesta impune tollerant, aut ea corrigerem volentes impediunt. *Non enim sine causa gladium portant, Dei enim ministri sunt, vindices in iram iis, qui malum agunt*. *Rom. 13 v. 4*. Tertio modo malum permittere cooperando sive ad juvando, ex se illicitum est, si id, quod permittitur, peccatum est. Hoc genus peccati in Catechismo inter peccata aliena recensetur, & generatim damnatur a S. Paulo *Rom. 1 v. 32, quoniam, qui talia agunt digni sunt morte, non solum quie faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*. Vel maxime autem cooperatio arguit consensum, cuius est effectus & argumentum.

## III.

*Permissionis cooperantis natura.*

Cooperatio duplex est, directa & indirecta. Directa cooperatur malo, qui ea agit qua sapientia natura ad peccatum ordinatur, ut sunt illud stabulire, augere, defendere, vel qui pars est & socius peccati, ut cum servus concubinam invitat ad herum, aut miles pugnat in bello manifeste injusto. Indirecte cooperatur,

N

qui

